Romanus.
Theodorus
900. Johannes.
Benedictus.
120. Leo.
Christoforus. Hic de papatu eiectus factus est monachus.
x Sergius. Iste etiam Formosum de sepulchro extraxit et in sede pontificali constituit, et sacerdotali veste induit, et sic decollari precepit et in Tyberim iactari fecit, et omnes per ipsum ordinatos deordinavit; cuius corpus a piscatoribus invenitur et in basilica beati Petri ponitur, et ibi a multis sanctorum ymaginibus salutatus, quod palam factum fuit. x f. 12!

Anastasius.
Lando.
Johannes
Leo
Stephanus
~~Martinus~~
~~Agapitus.~~
Johannes
Leo
Stephanus.
Martinus.
Agapitus.
Johannes. Hic fuit venator et publicus fornicator, propter quod imperatori accusatus est et depositus; sed antequam deponeretur uni cardinali nasum abscidit et alteri manum amputavit, quia litteras contra ipsum imperatori miserant, scilicet Ottoni.

Benedictus.
Leo.
Johannes.
Benedictus.
Donus.
Bonifacius.
Benedictus.
Johannes.
Johannes.[a]
Gregorius.
1000. Silvester. Iste fuerat monachus, sed apostatavit et homagium dyabolo fecit, inde omnia ad votum quicquid desideravit accepit, et cum papa esset petivit a deo suo dyabolo, quamdiu viveret. Respondit quamdiu in Jerusalem non celebraret, unde gavisus fuit; sed anno quinto sue ordinationis cum venisset incaute ad ecclesiam in Later[ano] que dicitur Jerusalem sensit demones cum magno strepitu et sic mortem propinquam suspiravit, et de misericordia Dei non desperavit, sed peccatum suum omnibus ibidem revelavit et manus suas precidi fecit et omnia membra sua truncari fecit et sic expiravit et in Laterano sepelitur in tumba que cadaver sudat in presagium cuiuslibet pape morituri.

[a] manus s. XV. inserit: Johannes 17.